Dei cui tua summa cum laude nominis tui et gloria p̄sides, mori se paratum profitetur, majorum suorum et ejus qui nunc regnat, regnetque diu fideliter Serenissimi parentis sui vestigia prosequutus, quod sibi per manus traditum accepit, ad posteros etiam suos transmittere conabitur, neque vel unquam quod amet latam a maiorum suorum institutis, CHRISTO quesu suo dirigente se transversum agi patietur, id citra ullam dubitationem sibi S. Tua de Alte ejus firmiter pol licatur, licebit, non fallet, procul dubio istam de se S. tuae expectationem. Sunt alia nonnulla quae, omnino me S. tuae renunciare jussit, quam ad id tempus aliud a S. tua mihi constitui peto.

IMPETRATA APUD SANCTISSIMUM D. nostrum privata audientia quum admissus nuncius noster ad p̄sentiam S. ejus fuerit, ita verba faciet.

Qui sit status Sermi Regis mei ex eo S. ~~tua~~ tua facile conjecturam facere potest, quod quibus terris unus non pridem Rex et Dominus praeerat earum nunc divisum est imperium. Etenim Paterna Altas Regnum obtinet Poloniae Serenissimo Filio Litvania, ampla quidem illa sed vasta nimis obiicit provincia omni haeretico, cum Schismaticorum, et Sanctae Crucis hostium genere circumcepta, neque ullo unquam tempore ab eorum excursionibus et latrociniis satis tuta, ita ut